

**3432** Herculi Iovio sacrum | C. Voltius Alexander fec.

*Romae rep. extra portam Maiorem, sub statua parva Herculis (VI 50906 = Bullettino comunale 1880 p. 286). — In titulo item urbano VI 291 = 400 cf. add. p. 5014 . . . | sacrum Iovis | Herculi voto legit Henzenus, sed Iovio Herculi unus eorum qui saec. XVI titulum viderunt, Iovi o. m. Herculi alius sed fide parum dignus (Boissard), Iovi d. Seguier auctor accuratus.*

**3433** (aquila) Herculi | Primigenio | sacrum, | C. Petronius | C. f. Vel. | Paetus f.

*Romae (VI 50907 vidit Huelsen = Bull. comunale 1888 p. 405). Aliae dedicationes factae Herculi Primigenio sunt II 4436. XI 5954 = Or. 4545 (ubi Accursius legit Hercoli Primogenio sac.). Menestrator ab Hercul. primig. est VI 9645.*

**3434** Herculi victori | pollenti potenti | invicto d. d. l. m. | C. Vibius<sup>1</sup> Fronto | viator q.<sup>2</sup> | Dedic. III k. Iul. | L. Vettio Paullo | T. Iunio Montano cos.<sup>3</sup> (*In latere Hercules Cerberum ducens, in altero latere sus.*)

*Romae, ara magna rotunda marmorea (VI 528 vidit Henzen). — 1) Nomen nunc plane evanidum suppletum ex apographis antiquioribus. — 2) Quaestorius. — 3) Consules suffecti fuerunt anno p. Chr. 81 (act. Arv.).*

**3435** Herculi in|victo inpetrabi[li] | C. Valerius Vale|rianus aram | con|stituit cum | suis omnibus | v. s. l. m.**3435<sup>a</sup>** Herculi inpetra. sacr. | C. Calvisius Secundinus | Vlvir iun., decur., item q., aram v. s. l. m.

*Mediolani (V 5769. 5768 haec semel, illa bis vel ter descripta).*

**3436** εὐχὴ | Ἡρακλῆ θαλλοφόρῳ | ἵερῷ εὐανούστῳ | Α. Κορνήλιος Α. Κορνηλίου Πρεμιγενέτον | νῖος Παλ. Τερεντιανὸς | καὶ Αἵμυνος. ἀπελεύθερος | ἐποίησαν. | Herculi pacifero | invicto sancto | sacr. | voto suscepto | L. Cornelius L. f. | Pal. Terentianus | et Lemnius libertus | merito libentes | fecerunt.

*In oppido Pontecorvo ad Lirim (X 5585 vidit Mommsen).*

**3437** Herculi | salutifero | Q. Vib. Amillus | Aug. col. Dac.<sup>1</sup> | pro salute | Iuliani fili sui.

*Mehadiae in Dacia (III 4572 bis fortasse saec. XVIII descripta). — 1) Augustalis coloniae Dacicae, i. e. Sarmizegetusae.*

**3438** [H]erculi | compoti<sup>1</sup> | L. Masuvius | Bassus | d. d.

*In Piceno prope Tavignano vicum in abblesia S. Victoris (IX 5751 semel descripta ab homine fide digno). — 1) Idem cognomen in Bona dea infra N. 5505, cf. etiam supra N. 5249.*

**3439** Herculi | defensori | M. Silius | Messalla | consul.<sup>1</sup>

*Romae rep. (VI 508; Huebner ex. scr. ep. 479). — 1) Fortasse is qui fuit consul suffectus a. 493 (Dio 75, 17).*